legentiam quam uerbum posuit, quia trans
damascu(m) ducti sunt in babilonē siue trans babylonē;
l [illegible] loco in quo lucas posuit maloch.
& in hebreo scribtum est melchechem.
aquila & lxx transtulerunt molchom
symmachus. & theodotio regis uestri. Pro
eo quod in lxx legitur repham. aquila &
symmachus. ipsum hebraicum transferen
tes posuerunt chion. theodotio obscuritatē;
rursum prosocchot aquila tabernacula
symmachus. & lxx. tabernaculum. theo
dotio transtulit uisionem. & hoc in omnibus
scribturis scis obseruandum est. apostolos
& apostolicos uiros in ponendis testimoniis.
& de ueteri testamento non uerba considera
re. sed sensum. Nec eadem sermonum calca
re uestigia dummodo a sententias non rece
dant; Quicquid autem iuxta litteram
dicitur. Contra populum iudaeorum.
hoc omne refer ad eos qui sub nomine
xpi uenerantur idola. & praua sibi dog
mata confingentes. portant tabernaculū l
regis sui diaboli. & imaginem statuarum
& idolorum suorum; Non enim unum
colunt idolum. sed pro uarietate doctrinae.
diuersos adorant deos; & sidus di sui. quia cū
sit angelus satanae transfiguratur in an
gelum lucis. & cad& de caelo quasi fulgor.
& xp̄m imitatur anticristus; Pulchre
que intulit. quae fecistis uobis; Non enim
ea acceperunt a dn̄o. sed de propria mente
finxerunt; Unde migrare eos facit dn̄s. trans
damascum. ut & non bibant sanguinem dn̄i.
sed transeant in babylonem. & audiant pro
ph&am. Calix aureus babylon. inebrians
omnes gentes. Damascus enim ut crebro
diximus. interpraetatur sanguinem bibens.
siue sanguis cilicii. ut per paenitentiam adbi
bendum dn̄i sanguinem prouocemur.

Vae qui opulenti estis in sion. & confiditis in
monte samariae; Ad sion ut supradiximus
& ad montem samariae. id est. ut duas tribus
quae appellabantur iuda. & ad decem quae
isrl̄is nomine uocabantur proph&ae sermo
confertur. & maxime ad eos qui in utroque
populo optimates sunt & principes. & ua
cant deliciis in exemplum illius diuitis pur
purati qui lae&abatur in conuiuio. & in tan
tam erigebatur superbiam. Ut lazarum
ante ostium suum plenum ulceribus non
dignar&ur aspicere. & ne hoc quidem eitri
buer&. quod periturum e& ex mensa.
l sti sunt capita populorum qui confidunt
in diuitiis. & opulenti sunt in sion. & habent
fiduciam in monte samariae & ingrediun
tur pompatice domum isrl̄. ut tumorē
animi corpus ostendat. & pomparum
ferculis similis eē uideantur; Iuxta legis
autem tropologiae & lxx interp̄tes. sion
referatur ad ecclesiam. De qua scribtum le
gimus. qui exaltas me de portis mortis ut
adnuntiem omnes laudes tuas in portis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0178